

A 9. Visitas terram, & irrigas eam, plurimum ditas eam, riuus Dei plenus aquis: ador-  
nas frumentum eorum, cum sic paras eam.

10. Sulcos eius inebrias, equas glebas eius: imbris liquefacis eam, germini eius be-  
nedicis.

11. Cingis annum bonitate tua, & vestigia tua stillant pinguedinem.

12. Stillant mansiones solitudinis, & colles exultatione cingis.

13. Planicies operiuntur gregibus ouium, & valles obteguntur frumento, iubilant  
atque canunt.

Græci titulo Psalmi adiecerunt, quod sit canticum Ieremias & Ezechielis, ac populi in captiuitate  
constituti, quod Dominus cecinerint iam vicini liberationi, ex captiuitate Babyl. Verum epigraphe cum  
apud Ebraeos tum Græcos satis ostendit, Davidis esse hunc Psalmum. Credibile tamen est, illum a  
Ieremias ac Ezechiele, populoque, captiuitatis, propter spem reditus, usurpatum esse & cantatum.

Te manet laus. Græc. & vulg. Lat. Te decet hymnus. Hieronym. Tibi silentium, laus. Sic & Iustinian. LECTIO.  
Pagnin. Tibi silentium, tibi redditur votum. Græc. & vulg. Lat. addunt: In Hierusalem: quod in Ebraeo Vers. 1.  
non est.

Contra me.] Aliquot Ebraea exemplaria habent ταῦται videoque, nonnulli legunt: Contra nos. Vers. 3.

Satiabitur. Ebr. גָּבְעָה. Græc. & vulg. Lat. Hieron. Iustin. Felix & Pagn. legunt: Saturabimur, reple-  
bitur. Illud, Sacræ regiae tuae, Ebr. קָרְשׁ חִיבֵּלֶךְ. legunt alii, Sanctum est templum tuum. Vers. 4.

Terribiliter pro iustitia respondes nobis. Ebr. בַּרְאַתְּ כִּזְדָּקָה הַעֲדָנוֹן. Græc. legit: Mirabilit in iustitia. Vulg. Vers. 5.  
Lat. Mirabile in aequitate. Hieron. Terribilis in iustitia exaudi nos.

Qui montes instruit.] Symmachus legit: Qui firmat montes. Græc. & vulg. Lat. Hieron. Felix, Iustin. Vers. 6.  
Preparans montes. Pagnin. Qui firmat montes.

Qui sedat tremendum marium. [Græc. vulg. Lat. Qui conturbas profundum maris. Hieron. Compescens sonum  
maris. Sic & Iustin. & Pagnin. Theodotion: Qui mitigas profundum maris. Vers. 7.

Suleos eius.] Vulg. Lat. Riuos eius. Illud, Aequas glebas eius, Græc. & vulg. Lat. Multiplica germina eius, les-  
gunt. Hieron. Multiplica fruges eius. Iustin. Depone aereolas eius. Felix: Aequa cumulos eius. Pagnin. Descendere  
fac in lineas eius. Camp. Et glebas eius occa. Vers. 10.

Cingis annum.] Græc. & vulg. Lat. sic: Benedices coronæ anni benignitatis tuae, & campi tui replebuntur  
vibertate. Hieronym. Volvetur annus in bonitate tua. Felix: Coronasti annum benignitatis tuae. Pagnin. Coronasti  
annum bono tuo. Vers. 11.

B Stillant mansiones solitudinis.] Græc. & vulg. Lat. Pinguiscent speciosa deserti Hieronym. Pinguiscent pa-  
seuæ deserti. Vers. 12.

Planicies operiuntur gregibus ouium.] Græcus & vulgata Lat. Induti sunt arietes ouium. Hieron. Vestientur  
agnis greges. Eelix: Vestient planicies pecora. Pagn. Induerunt se pascua pecudibus. Camp. Vestient gramine pas-  
cua gregem. Vers. 13.

### PARS PRIMA, DE CVLTV DEI.

Observandum est principio, quod inter beneficia Dei celebrada, quibus plena est vniuersa ter-  
ra, hoc pre reliquis omnibus priore loco celebrat & extollit, quod non est datum omnibus nationi-  
bus, sed populo Israeli, quem sibi in peculium elegit, videlicet quod in illius ciuitate Zijon sedē  
sibi delegit, & locum ubi coleretur. Magno profecto ciuitatis huius laus, magna Dei erga hunc po-  
populum benevolentia. Discamus & nos præcipuum hanc cognoscere & celebrare gratiam, qua ve-  
ro cultu habitantem inter nos Deum colere datum est. Sumus enim domus & templum Dei per  
spiritum Dei, qui in nobis est: 1. Cor. 3. 6. Hoc quippe peculiare Dei donum est, quod nobis cum  
hoc Mundo commune non est: cum reliqua terrena, quorum secunda & tertia Psalmi parte men-  
tionem faciet, communia sint cum pijs, tum impijs.

Hoc donum Dei  
p̄f. rex cib  
tati sue con-  
cessū profuns  
magloria res  
putat, & cele-  
brat.

Te manet laus, tibi redditur votum.] Breuiter cultum Dei exprimit. Ille est laudare Deum, & vota illi  
reddere. Quid sit vota reddere, dictum est alibi, & proxime supra Psalm. 61. Vota haec tria habent,  
primum, inuocationem nomis Dei: deinde, quamquam animi gratitudinem, agnoscentis benefi-  
cium, & ad gratificandum parati: & tertio, laudem benefactoris, cum redditione voti. Ideo supra  
Psal. 61. dixit: Quoniam tu exaudisti vota mea. Ecce inuocationem nominis Dei in votis. Item: Sic  
psallam nomini tuo in sempiternum, cum reddidero vota mea quotidie. Ecce gratitudinem animi,  
deinde & laudem Dei in redditione votorum. Sunt itaque veri cultores Dei, qui ad hunc modum  
inuocant & cebrant nomen Dei, & vota illi reddunt.

II.

Vers. 1.

Qui precem exaudis.] Quid sentiebant in Deo celebratores isti Dei, videntes & vota reddentes?  
Quis erat illis respectus laudandi Dei? Multa sunt in Deo eximia & stupenda, ut est summè potes,  
summè sapiens, summè iustus, teribilis & stupendus. Quid horum in Deo celebrabant? Qui pre-  
cem, inquit, exaudis. Hoc demum est, quod omnia reliqua extollit, & meritò à misericordia mortalibus  
præ omnibus alijs Dei virtutibus, quamvis inenarrabilibus & stupendis celebratur & extollit-  
tur. In hoc sita est amplissima diuinæ laudis materia quod adeò bonus est & φιλάνθρωπος, ut mor-  
talium calamitatem non spernet, ipse omnium felicissimus, & ad preces humi repentium aures  
suas aduertat, omnium sublimissimus, & rebus deploratis potenter succurrat. Quid autem dees-  
se poterit illis, quorum precationi accessus est ad aures Dei? Quis satis vel admirari poterit istam  
Dei benevolentiam, vel expendere & optare hanc felicitatem piorum? Et hac ratione Christus,  
cum proposuisset consolari discipulos suos, summæ consolationis loco pollicitus est, idq; cum iu-

Vide Psal. 66  
sequentia, cir-  
ca finem.  
Ioan. 16.

O ramenti